

- 15 Uerum si de mercationibus predictis que conducentur per Venetos in Cretam pro consumando et dissipando deinde de illis, ut iustum est, soluantur datia ordinata.
- Capta. De forensibus uero pro fatiando bonam insulam nostram Crete et ut detur eis causa eundi illuc et traficandi, ordinetur et cridetur quod omnes forenses euntes cum suis nauigijs ad partes et insulam nostram Crete pro traficando
- 20 et mercando ad quaslibet partes Leuantis soluere debeant de mercationibus, quas illuc quomodocumque conducent solum unam pro centenario ad introitum et unam pro centenario ad exitum, ut omnes habeant causam eundi illuc cum suis nauigijs, et traficandi et fatiendi facta sua. Et si aliquis Venetus ullo modo tansaret hauere forensium cadat ad partes et ordines ultimo captos contra tansantes
- 25 hauere forensium cum omnibus ligaminibus penis stricturis et condicionibus contentis in eis. Uerum si dicti forenses uollent uendere de ipsis mercationibus pro dissipando uel consumando in insula Crete, soluant datia solita et ordinata, de hijs solum quas uendent pro consumando uel dissipando in insula supradicta. Remanentibus pannis, que conducentur per forenses ad partes Crete in facto soluendi datia deinde, ut soluiat ad presens
- 30

22

Κανονισμός νηοπομπής.

- Διατάσσεται πλειστηριασμός ἐν Ριάλτῳ, ἀγορᾷ Βενετίας, δύο κατέργων τύπου νηοπομπῆς Ρωμανίας, τὰ ὅποια θὰ χρησιμοποιηθῶσι διὰ τὴν ἐμπορίαν Κρήτης-Βηρυττοῦ, καὶ θὰ δοθῶσιν εἰς τὸν πλειοδότην ὑπὸ τοὺς κάτωθι ὅρους :
- 1^{ον} Ὁ πλειστηριασμός οὐδεμίαν θὰ ἔχῃ ἰσχύν, ἐὰν μὴ προηγουμένως τὰ προτεινόμενα κάτεργα γίνωσι δεκτὰ καὶ παραδοθῶσιν εἰς τὸν πλειστηριασμόν. Κηρύσσεται δὲ ὅτι δὲν ἐπιτρέπονται μυστικαὶ συνεννόησεις εἰς βάρος τῆς κοινότητος πρό, μετὰ ἢ κατὰ τὴν ὥραν τοῦ πλειστηριαμοῦ.
- 2^{ον} Οἱ πάτρωνες οἱ ἀποδεχόμενοι εἰς πλειστηριασμόν τὰ κάτεργα ταῦτα δέον νὰ ᾤσιν ἡλικίας τριάκοντα ἐτῶν τοῦλάχιστον συμφώνως πρὸς τοὺς κανονισμοὺς ἐνδοχώρας, ὑποβαλλόμενοι εἰς τὴν κρίσιν τῆς Γερουσίας, παρόντων τοῦλάχιστον ὀγδοήκοντα γερουσιαστῶν καὶ λαμβάνοντες τὰ δύο τρίτα τῶν ψήφων. Ἐν ἐναντίᾳ περιπτώσει ὑπόκεινται εἰς τὰς διατάξεις καὶ περιορισμοὺς ἀποφασισθέντας ἄλλοτε ὑπὸ τῶν συμβουλίων.
- 3^{ον} Οἱ πάτρωνες ὑποχρεοῦνται νὰ ἐπιτελέσωσι τρία τοῦλάχιστον ταξίδια διὰ τῶν δύο κατέργων ἐκ Χάνδακος εἰς Βηρυττόν, τὸ τρίτον τῶν ὁποίων δέον νὰ συντελεσθῇ μέχρι τέλους Ὀκτωβρίου. Οἱ πάτρωνες οὗτοι ὑπόκεινται εἰς ποινὴν δουκάτων πεντακοσίων δι' ἕκαστον μὴ ἐκτελεσθὲν ἐκ τῶν τριῶν τούτων ταξιδίων καὶ δι' ἕκαστον κάτεργον. Ἀνατίθεται ἡ ἐπιτήρησις τῆς ἐκτελέσεως τῶν ταξιδίων τούτων, μὲ δικαιοδοσίαν ἐπιβολῆς ποινῶν, εἰς τὸν δοῦκα, συμβούλους καὶ καπετάνιον Κρήτης.
- 4^{ον} Καθορίζεται ἡ διάρκεια παραμονῆς τῶν κατέργων ἐν Βηρυττῷ, καθ' ἕκαστον τῶν τριῶν ταξιδίων.
- 5^{ον} Κανονίζεται ἡ παραλαβὴ ἐμπορευμάτων ἐν Βηρυττῷ.
- 6^{ον} Ἐν ἡ περιπτώσει δὲν δύνανται νὰ φορτώσωσι ἐλαφρὰ ἀποικιακά, ἀρωματικά κτλ. δύνανται νὰ φορτώσωσι βαρέα ἐμπορεύματα.



- 7^{ον} Κανονίζεται ἡ παραμονὴ τῶν δύο κατέργων ἐν Κρήτῃ καὶ ἀνατίθεται εἰς τὸν δοῦκα, συμβούλους, καὶ καπετάνον ἢ ἐπίβλεψις πρὸς κανονικὴν ἐκτέλεσιν τῶν τριῶν ταξιδίων.
- 8^{ον} Ἀπαγορεύεται ἡ φόρτωσις ἐξ οἴου δῆποτε τόπου παντὸς εἵδους ἀπαγορευομένου ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας.
- 9^{ον} Ὁρίζεται ναῦλος ἀνόδου καὶ ἐπανόδου Βηρυττοῦ τὸ ἥμισυ τοῦ ναύλου τοῦ καταβαλλομένου διὰ Κύπρον.
- 10^{ον} Οἱ πάτρωνες ὀφείλουσι νὰ ἐξοπλίζωσι καλῶς τὰ κάτεργα διὰ πεζῶν καὶ βαλλισταρίων ὥς εἶναι ἐξωπλισμένα τὰ κάτεργα τῆς Ἀδριατικῆς. Ἀνατίθεται εἰς τὸν δοῦκα, συμβούλους καὶ καπετάνον Κρήτης ἢ ἐπίβλεψις φορτώσεως καὶ ἐξοπλισμοῦ.
- 11^{ον} Αἱ δαπάναι τῶν δύο κατέργων κατὰ τὰ τρία ταξίδια θὰ εἶναι αἱ αὐταί. Τὰ ταξίδια θὰ ἐκτελεσθῶσιν εἴτε ὁμαδικῶς ὑπὸ τῶν δύο κατέργων εἴτε μεμονωμένως, μὴ δυναμένης τῆς προθεσμίας νὰ παραταθῇ.
- 12^{ον} Τὸ τίμημα τοῦ πλειστηριασμοῦ τῶν δύο κατέργων καταβληθήσεται εἰς τρεῖς δόσεις κτλ.
- 13^{ον} Οἱ πάτρωνες τῶν κατέργων τούτων δὲν δύνανται νὰ ἀπουσιάσωσιν ἐκ Βηρυττοῦ ἐγκαταλείποντες ταῦτα, ἐπὶ ποινῇ χιλίων λιτρῶν δι' ἐκάστην ἀπουσίαν, οὐδὲ δύνανται νὰ διανυκτερεύωσι ἐκτὸς τοῦ κατέργου των, ἐπὶ τῇ αὐτῇ ποινῇ δι' ἐκάστην νύκτα.
- 14^{ον} Ἐν πάσῃ διαφωνίᾳ μεταξὺ δουκός, συμβούλων καὶ καπετάνου, προσκαλεῖται διὰ κλήρου εἰς τῶν ταμιῶν κατὰ τὸ εἰωθός.
- 15^{ον} Διατάσσονται οἱ κομερκλάριοι νὰ εἰσπράττωσι καθ' ἕκαστον ταξίδιον τὰ ναῦλα τῶν πατρῶνων ἐντὸς ὀκτὼ ἡμερῶν ἀπὸ τῆς ἐπιστροφῆς ἐκ Βηρυττοῦ.
- 16^{ον} Δύνανται οἱ πάτρωνες νὰ σιτῶσι τοὺς ἐπιβάτας ἐμπόρους ἀντὶ γροσίων τριῶν καὶ ἡμίσεως δι' ἕκαστον ἔμπορον καὶ γροσίου ἐνὸς διὰ τὸν ὑπηρέτην του.
- 17^{ον} Ὁ ἐκπλειστηριασμός τῶν κατέργων τούτων δὲν δύναται νὰ εἶναι μικρότερος τῶν ἐξήκοντα λιτρῶν γροσίων δι' ἕκαστον.
- 18^{ον} Κανονίζεται ὁ ναῦλος τῶν ἐμπορευμάτων, τὰ ὁποῖα πρόκειται νὰ ἀποσταλῶσιν εἰς Κρήτην διὰ τῆς νηοπομπῆς Βηρυττοῦ.
- 19^{ον} Πᾶσαι αἱ διαταγαὶ καὶ αἱ ληφθεῖσαι ἀποφάσεις νὰ σταλῶσιν πρὸς τὸν δοῦκα, συμβούλους καὶ καπετάνον Κρήτης, διὰ τὴν ἐφαρμογὴν αὐτῶν.
- 20^{ον} Εἰς ἐκτέλεσιν τῶν ἀνωτέρω, νὰ ἀποσταλῶσι τὸ ταχύτερον πληρώματα κατέργων Ἀδριατικῆς μετὰ τοῦ ὑποκαπετάνου καὶ ἐτέρου σοπρακόμιτος, ὅπως ἐπιβῶσι τῶν δύο κατέργων, τῶν προοριζομένων πρὸς ἐμπορίαν καὶ κατευθύνωσι ταῦτα εἰς Χάνδακα καὶ νὰ ἐπανέλθωσιν εἰς Ἀδριατικὴν ἐπιβαίνοντες ἐπὶ ἐλαφρῶν κατέργων τοῦ στόλου των.
- 21^{ον} Τὰ δύο ταῦτα κάτεργα δύνανται νὰ παραλάβωσιν ἐλαφρὰ ἐμπορεύματα ἐκ Βενετίας διὰ Χάνδακα, καθοριζομένων τῶν ὄρων.
- 22^{ον} Τὰ οὕτω φορτωνόμενα ἐλαφρὰ ἐμπορεύματα ἐν Βενετίᾳ ἐπὶ τῶν δύο κατέργων θὰ προορίζωνται μόνον διὰ Χάνδακα. Δίδονται ὁδηγαί περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἐκφορτώσεως καὶ διαμετακομίσεως.
- 23^{ον} Προθεσμία φορτώσεως ἐν Βενετίᾳ ἐλαφρῶν ἐμπορευμάτων ἐπὶ τῶν δύο κατέργων. 1374, Μαρτίου 4.

Ordo galearum trafici.

F^o 87^{to} Millesimo trecentesimo LXXIII, die quarto Marcij.

1

Capta. Quod in nomine Jesu Christi et bone gratie ordinetur quod due galee de mensura Romanie, que debent deputari ad traficum de insula Crete ad partes Baruti debeant incantari secundum usum in Riualto et dare plus offerentibus



5 ad incantum cum condicionibus, modis et ordinibus infrascriptis ut omnes se intelligant uidelicet:

Primo quod incantus non ualeat nec teneat nisi ambe galee fuerint accepte et deliurate ad incantum. — Item cridetur pars solita de conuenticulis non fiendis in damnum communis super incantum galearum nec ante incantum
10 nec post.

2.— Item quod patroni qui eas accipient ad incantum sint nobiles sufficientes etatis annorum triginta uel inde supra secundum ordines terre et debeant probari in consilio rogatorum et additionis congregatis LXXX uel inde supra. Et si habuerint duas partes consilij congregati sint firmi. Si uero non habebunt duas
15 partes consilij subiaceant ordinibus et stricturis alias captis per consilia.

3.— Quod patroni qui habebunt dictas galeas teneantur omnino facere tria uiagia cum dictis duabus galeis de partibus Candide ad partes Baruti, que tria uiagia teneantur compleuisse ita quod tercio et ultimo uiagio teneantur recessisse de partibus Baruti per totum mensem Octubris et ante si poterunt pro
20 ueniendo in Candidam. Et si dicti patroni non fatient tria uiagia predicta pro bono mercatorum et mercationum cadant de ducatis quinque centum pro quolibet uiagio non facto et pro qualibet galea. Et ultra penas predictas committatur duche et consiliarijs Crete et capitaneo si uiderent patronos istarum galearum esse negligentes et nolle facere uiagia predicta, quod imponant eis penam
25 et penas ita quod faciant uiagia sua, ut dictum est. Et penas exigant a contrafacientibus pro bono nostri communis.

4.— Et debeant iste due galee stare in partibus Baruti pro expediendo se deinde in hunc modum uidelicet primo uiagio stare debeant in dictis partibus diebus 22 non computato die accessus nec recessus. Secundo uero uiagio diebus
30 15 et tercio alijs diebus 15 non computato die accessus nec recessus et non ultra ullo modo, saluo si antea haberent caricum suum in duobus primis uiagijs quod ante possint recedere, set tercio et ultimo uiagio non possint stare minus 15 diebus pro bono mercatorum et mercationum et ut omnes mercatores nostri sint auisati et preuisi factis suis.

35 5.— Quod in quolibet trium uiagiorum predictorum in tempore quo iste galee erunt in partibus Baruti quatuor diebus ante recessum earum, scribatur totum et quicquid fuerit presentatum in Baruto. Et si non erit ultra caricum galearum leuetur in bona gratia, si uero id quod scriptum fuerit esset ultra caricum galearum fiant rata ordinate, sicut est solitum fieri ad alia uiagia ita quod nemo tortizetur. Et si aliquis tortum reciperet ullo modo possit habere recursum ad
40 ducham et consiliarios Crete de suo damno et interesse contra patronos galea-

rum. Qui ducha et consiliarij faciant illis rationem, ita quod nemo tortizetur contra debitum rationis.

6.—Et si usque ad ultimum diem sui recessus de partibus Baruti in quolibet uiagio, dicte due galee non possent habere suum caricum de speciebus et hauere 45 subtili, tunc possint caricare et leuare de rebus grossis ut eis uidebitur pro habendo caricum suum.

7.—Et committatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete quod isto primo uiagio studeant et sollicitent quod iste due galee celeriter armentur et expediantur ita quod uadant ad suum uiagium quam cicius esse potest. Secundo uero et 50 tercio uiagio non possint ipse galee stare in Candida ultra dies octo quolibet uiagio ullo modo uel ingenio, saluo, si pro aliqua iusta et legiptima causa que occurreret. Uideretur duche et consiliarijs et capitaneo Crete uel maiori parti ellongari eis terminum per alios quatuor dies in secundo et tercio uiagio, quod in hoc casu possint per maiorem partem ellongare et dare ipsos quatuor dies pro 55 uiagio sicut eis uel maiori parti utilius apparebit, habendo semper respectum quod compleantur sua tria uiagia ut dictum est pro bono terre et mercatorum.

8.—Et declaretur et statuatur ex nunc quod in aliquibus partibus non possint caricari in dictis galeis aliqua prohibita per ecclesiam ullo modo sub penis et ligaminibus ordinatis per consilia nostra. 60

9.—Quod dicte due galee de omnibus mercacionibus et hauere que de Candida portabuntur cum dictis galeis ad partes Baruti, et de partibus predictis conducentur in Candidam soluatur patronis predictis medietas nabuli eius quod est solitum solui ad uiagium Cipri tam eundo quam redeundo.

10.—Et teneantur patroni istarum duarum galearum habere ipsas galeas 65 bene armatas et paratas ad terzarolum. Et de balistarijs et hominibus de pede ut sunt galee Culfi et committatur duche et consiliarijs et capitaneo Crete quod faciant ipsas caricari bene et diligenter, ita quod habeant ad plenum numerum suum possendo ducha, consiliarij et capitaneus imponere eis penam et penas ita quod sint bene armate et fulcite ut esse debent exigendo penas a contrafacien- 70 tibus ita quod seruetur intentio terre.

11.—Capta. Et debeant iste due galee esse ad unum denarium istis tribus uiagijs et debeant ire ad istud uiagium ambe insimul uel diuise ad unam ad unam sicut uidebitur duche consiliarijs et capitaneo Crete uel maiori parti pro bono mercatorum et mercationum, non possendo propterea ellongare terminos 75 superius limitatos et eundo insimul uel reperiendo se insimul faciant patroni capitaneriam ad zornatam.

12.—Capta. Quod pretium incantus istarum duarum galearum soluetur

nostro communi in tribus partibus uidelicet in reditu primi uiagij, unum tercium
80 in Candida nostris comerclarijs Crete et aliud tercium in reditu secundi uiagij
et ultimum tercium in reditu tercij uiagij, semper infra octo dies in quolibet ter-
mino sub pena soldorum duorum pro libra.

13.—Quod in partibus Baruti patroni dictarum galearum non possint rece-
dere de partibus Baruti uel de galea ullo modo sub pena librarum mille pro
85 quolibet contrafatiente et qualibet uice. Et de nocte sint semper in galea omni
causa remota sub pena predicta pro quolibet contrafaciente et qualibet uice.

14.—In omni differentia que occurreret inter ducham consiliarios et capita-
neum ita quod non possent terminare intret unus de camerarijs Crete secundum
usum per texeras et pro expeditione facti.

90 15.—Item committatur comerclarijs Crete quod semper in octo dies in reditu
galearum de partibus Baruti in quolibet uiagio exigantur nabula patronorum
sicut facerent extraordinarij in Venecijs et mercatores soluant ad ipsum termi-
num sub pena soldorum duorum pro libra.

16.—Quod in facto mense ordinetur quod patroni accipiant nostris merca-
95 toribus sicut seruatur in Venecijs, uidelicet tres grossos cum dimidio pro merca-
tore et grossum unum pro famulo.

17.—Quod galee predictae non possent deliberari ad incantum pro pautioribus
libris sexaginta grossorum pro qualibet. 40-44 de non 39-37 non sinceri 3-3.

18.—Capta. Ut detur ordo pro tempore futuro et pro mercationibus et hauere
100 que remanebunt in Venecijs a dictis duabus galeis ordinetur quod omnes qui
uolent mittere cum nauigijs disarmatis mercationes et hauere subtile pro mit-
tendo ad partes Crete pro uiagio Baruti possint illas mittere in bona gratia, sol-
uendo de nabulo duo tertia communi sicut irent cum galeis in Candida et aliud
tertium sicut melius poterunt esse concordēs cum nauigijs disarmatis intelligendo
105 quod ista subuentio duret post recessum istarum galearum usque per totum men-
sem Augusti proximi. Et ut adimpleatur intentio terre omnes mercationes que
fuerint portate per modum predictum poni debeant per ducham et consiliarios
in bonis magazenis sub suis clauibus et sigillo. Qui ducha et consiliarij ponant
et poni faciant bene mentem quod non utantur ullo modo nisi ad uiagium
110 Baruti cum istis galeis.

19.—Quod omnes iste prouisiones et ordines omnes capti et qui capientur
pro hoc facto mittantur duche, consiliarijs et capitaneo Crete quibus expresse
committatur quod faciant ipsos ordines et prouisiones bene et effectualiter obser-
uari pro bono terre et mercatorum. Ita quod adimpleatur intentio nostra et ultra
115 penas predictas ut galee sint bene armate et fulcite et quod mercatores bene

tractentur. Et ut fiat intentio terre possit dictum collegium per maiorem partem imponere penam et penas ut eis uidebitur ita quod omnia procedant bene et ordinate secundum intentionem nostram.

20.— Et pro execucione omnium predictorum zurme galearum Culfi silicet grimane et donate expediantur quam cicius esse potest et uicecapitaneus ser Petrus Grimani et alius supracomitus culfi cum hominibus suis ascendant super duabus galeis deputatis ad traficum ponendo solum tot de hominibus suis super suis galeis subtilibus quod conducantur usque in Candidam ad nauarescham. Et ibi in Candida dicti uicecapitaneus et supracomitus ascendant cum suis zurmis super suis galeis subtilibus et ueniant ad custodiam culfi et dessignent galeas a trafico patronis suis. 120 125

21.— Et cum istis duabus galeis trafici possint caricari et leuari in Venecijs pro conducendo solum ad partes Candide omnes mercationes et hauere subtile quod potest ire cum galeis armatis, caricando predicta cum buletis solitis extraordinariorum, soluendo de nabulo, uidelicet res subtilles que non possunt ire cum nauibus soluant nabulum quod solent soluere galeis usque in Candidam. Omnes autem alie mercationes que ire possunt cum nauibus soluant duas partes nabuli soliti solui cum galeis armatis usque in Candidam. Nabula uero omnium mercationum et haueris que caricabuntur nunc in Venecijs super dictis galeis pro eundo in Candidam, sint nostri communis uti iustum est. 130 135

22. Capta. Item quod mercationes subtile que caricabuntur hic in Venecijs super dictis duabus galeis que non possunt ire cum nauibus non possint discaricari in aliam partem nisi in Candidam. Et si in Candida illi quorum erunt uolent discaricare ipsas mercationes debeant poni in magazenis sub clauibus et sigillo duche, consiliarijs et capitaneo Crete, ita quod ipse mercationes nullo modo conducantur nisi ad uiagium Baruti et contrafacientes in aliquo dicto capitulo uel contentis in eo cadant ad partes et penas nouas contrabanorum cum omnibus ligaminibus et stricturis contentis in eis. Et cadant ad hoc tam patroni galearum quam mercatores qui contrafacerent ullo modo. 140

23. Et debeant iste due galee trafici caricare mercationes et hauere usque ad dies XXII mensis presentis et recesisse usque ad XXV dicti mensis Marcij presentis sub pena librarum centum ser Petro Grimani uicecapitano et aliarum librarum centum alteri supracomito. 145

De partibus istis omnibus fuerunt 77

De non 1

Non sinceri 5

Incantus galearum trafici.

150

Prima galea trafici de partibus Crete Barutum fuit deliberata nobili uiro ser Guillelmo Quirino pro libris 116 sold. 1 grossorum.

155 Secunda galea trafici fuit deliberata uiro nobili ser Tome Mozenigo ser Petri pro libris 124 sol. 1 grossorum.

Probatu fuerunt duo patroni galearum in Rogatis et additione et ambo remanserunt.

159 Ser Moyses Mauroceno, ser Francischinus Mozenigo.

23

Εύκολίαι παρεχόμεναι εἰς τοὺς ἐμπόρους. 1374, Μαρτίου 17.

F^o 90^r Millesimo trecentesimo LXXIII, die XVII Martij.

Capta. Quod iuxta solitum subueniatur mercatoribus nostris conuersantibus in partibus Nigropontis, Crete, Coroni et Mothoni et Romanie basse, quod cum cere et alie sue mercationes que possent uenire cum ordine non potuerint de dictis partibus recedere propter deffectum nauigiorum. Terminus recedendi qui est per totum mensem Aprilis proximi elongetur per totum mensem Maij proximi secundum usum et si consilium etc.

24

F^o 90^r Διατάσσεται ὁ καπετάνος τῆς Ἀδριατικῆς, περὶ τῆς ἐπιστροφῆς εἰς Βενετίαν τῶν παλαιῶν κατέργων καὶ τῆς μπόκολας πρὸς παροπλισμόν, ἀφ' οὗ ἐξέλιπεν ὁ κίνδυνος προσβολῆς τῶν Γενοναίων καὶ ἀφ' οὗ ἀπεστάλησαν δύο ἐξωπλισμένα κάτεργα πρὸς φρούρησιν τῆς Ἀδριατικῆς. Ἐπίσης γίνεται γνωστὸν εἰς τὸν αὐτὸν καπετάνον, ὅτι ἐντὸς βραχέος χρόνου θὰ ἀποσταλῶσι δύο κάτεργα εἰς Κρήτην διὰ τὸ ἐμπόριον μετὰ τῆς Βηρυτιοῦ, καὶ ἀνατίθεται εἰς τοῦτον ἡ ἀσφάλεια αὐτῶν. 1374, Μαρτίου 17.

25

Πρὸς τὸ συμφέρον τῆς Κρήτης καὶ ὅπως πεισθῶσι νὰ μετοικήσωσι τεχνῖται δίδεται ἐξουσία εἰς τὸν δοῦκα, τοὺς συμβούλους καὶ τὸν καπετάνον Κρήτης, ὅπως ἀποφασίζωσιν ἐν πλειοψηφίᾳ 3 : 1 πρὸς παροχὴν εἰς τοὺς ἐρχομένους νὰ κατοικήσωσι ἐλευθερίας καὶ ἀσυδοσίας ἀπὸ πάσης πραγματικῆς ἢ προσωπικῆς ἀγγραφείας. Εἰς τοὺς ἐν λόγῳ τεχνίτας δὲν συμπεριλαμβάνονται οἱ ὑπήκοοι, οἱ ὅποιοι ἤθελον μετοικήσῃ ἐκ Βενετοκρατουμένων μερῶν. 1374, Μαρτίου 17.

F^o 92^{to} Millesimo trecentesimo LXXIII, die XVII Marcij.

Quod pro faciendo bonam insulam nostram Crete et pro reducendo in ea homines artifices, qui sunt multum utiles et fructuosi, committatur duche, consiliarijs et capitaneo quod circa hoc sint solliciti et studiosi pro bono status nostri habente collegio predicto libertatem per maiorem partem, silicet de quatuor tribus, dandi franchisias et immunitates illis qui uenient, quod sint absoluti ab angarijs realibus et personalibus deinde per illum modum et tempus et sicut uidebitur

